



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Ad Ivvenem Pictorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

*Dextrâ, exaravit doctè, id imprudentiâ,
Casuve factum ne puta.*

*Nam dum coronâ cingit, ac sedet diu
Castella circum, aut mœnia,*

*Edendi amore adegit, ac penuriâ,
Dolo undecumque & machinis*

*Periclitantes aggredi, & consumere
Excepta murium agmina.*

*Ex illo inustum dedecus, & iniuriam
Transmissam adusque posteros,*

*Auctoris haud oblita, fortis natio
Reponit, atque vlciscitur.*

A D

IUVENEM PICTOREM.

D*um viuo discis tabulas animare colore,
Et varios natura effert quos dædala flores,
Graminaq; & dulces anni per tempora fructus
Dum simulas, laudum iuuenili captus amore,
Disce simul pulcris animum virtutibus altè
Imprimere, atque Dei sacram mediâ ipse locatam
Effigiem quam mente geris, fuligine turpi
Ah caue commacules, & celso è culmine iam iam
Precipitem, tetro vitiorum in gurgite voluas.*

Ah

A P O

Ah caue

Lilia do

Atque

Actus a

Pullulet

Pœnarum

C H

Suec

F

A^{co}

Insolitur

Et rig

Nunc D

Et fug

Quodque

Extua

Hoc capi

Te qu

APOLLONII FLORENTIS. 29

*Ah caue, dum violasq̄, rosasq̄, & candida pingit
Lilia docta manus, tristes sub pectore dumos,
Atque venenatis radicibus inserat herbas
Actus amor furij, nimiumq̄, effrena cupido,
Pullulet unde tibi scelerum densissima silua,
Pœnarumq̄, grauis nullo non tempore messis.*

D E

C H R I S T I N Æ

Suecorum, Gothorum, Vandalorum
Reginæ aduentu in Urbem,
Ianuario ineunte.

M. **A**ccessu, REGINA, tuo noua frigora in Urbem
Cur tulit, & gelidos ventus ab axe dies?
Insolitum frangi regali virgine non est,
Et rigidum Boreæ pectus amore capi.
Nunc Dominam ille suam sequitur terraq̄, mariq̄,
Et fugit in patrijs scepra aliena plagis.
Quòdque videt tenero doctas sub pectore Athenas,
Extuderunt Gratum quidquid & ingenia,
Hoc capitur magis, & veteres reminiscitur ignes,
Te quoque Cecropium dum putat esse genus.

D E

Ab